



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Nobilitas Quae Sepvta Est In Hoc Monasterio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

AVGVSTINVS, cognomine Munick, yratoritate, eruditione & pie- xxxii.
tate insignis, ita modestia vita, ceterarumque virtutum dotibus, nec non rei fa-
miliaris gubernatione haud inferior Caspero Türdl, cui An. 1529. felici suc-
cessit omne. Is, inquam, Augustinus in ipsa die Ambrosij, quae erat 4. Aprilis,
An. 1529. electus in Prepositum & confirmatus rexit annis 31. atq; Monasteriu-
q; à Prædecessoribus emendo, redimendoque dictatum fuerat, singulari arte, in-
dustriaque indefessa, in omnibus conseruavit. Atque, quæ ad usum quotidianum
necessaria erant, nihil corum, quin extrueret, prætermisit. Fuit amans paupe-
rum, beneficus fautor literarum & literatorum. In Schola propria pro Tyroni-
bus pauperculis juxta coemiterium ædificata, ratione temporis, ad 100. & ultra
benignè aluit, quibus etiam non modò Magistros & Præceptores magnis sum-
ptibus præfecit, sed illis ipsis & quæ de viatu, amictu, libris atque aliis ad studia &
sustentationem necessariis rebus prouidit atque prospexit, & multos inde ad
Academias suis sumptibus misit; ita ut eodem tempore Ingolstadij septem su-
stentauerit Studiosos. Et quamuis magnos hanc in rem sumptus ficeret, nihil
tamen æris alieni contraxit, nec in re familiari procuranda quicquam damni
fecit. Fuit ab incunte ætate deuotioni, pietati, orationibus & rebus spiritua-
libus summe & semper deditus, quibus ritè expeditis, regiminis sui curis omni
animi sedulitate ac fidilitate vacauit, ultimo senio consecutus, Prælaturam spon-
tē resignauit, Anno 1560. die 5. Iunij. Hoc totum tempus, quo à secularibus oc-
cupationibus liber fuit, orationibus, gemitibus, & suspiriis ad Deum pro com-
muni salute effusis tradidit, noctes dieisque; Deo inferuiens. Anno demum 1566.
28. die Octobris, solus in campo deambulando Apoplexia iactus diem obiit, æ-
tatis sue anno 78.

A D A M Gensleutner, patria Carnus, sed in Bauaria à pueritia educatus, xxxiii.
post resignationem, D. Augustini vñanimitate electus, præst adhuc hoc
M. D. LXXX. Annos utiliter & laudabiliter.

NOBILITAS QUAE SEPVLTA EST IN HOC MONASTERIO.

Nobiles de Brauna,	Thomlinger de Aufhausen,
Hainrich von Ahaim/	Notleicht de Praunau,
Werdorffer/	Neuflinnger de Vorstorn,
Neomar/	Odar/
Eringen/	Die Esel/
De Ror,	Raidenpucher/
Seifrid Dorffer de Danckelfing,	Russelheld.

Comi- Valde/	De Wolffsberg milites,
tes, Stahl Milites de Iulbach,	De Tarstorph milites,
Gransen de Utendorph,	Berchtold Schift/
Planckenpach milites,	Lenberger.

DE ADVOCATIS.

CVRATORES vel Aduocati Sacerdotum Ranshouensium more maiorum
fuerunt de familia Burghusiana procreati, qui varie ab ædibus & pagis, ubi habi-
tarunt, cognominantur, nempe Comites de Schalach, Comites de Hægiromo-
sa, Comites de Burghusio. Defecerunt circa Annum Christi 1164. successerunt
Duces Boiariorum.

Metro. Salisb. Tom. III.

f

DE